



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Co[n]ciliu[m] Toletanu[m] decimu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

quā̄m merēbitur ius debite dignitatis, nec ecclesie vnquā̄m carebit obsequijs, cuius beneficiō donū̄ meruisse noscitur libertatis.

**XIII** ¶ Si cōtingat quēcūq; de libertis ecclesie eorūq; p̄sapie cōtra primeuas moderan- **A**  
tesq; pat̄z regulas, aut Gothis, aut Romanis ingenuis copulari, tā̄ illis q̄ eorū stirpi nō lice-  
bit ab ecclesie patrociniō euagari, sed ad debita obsequia reuerti cogendi sunt, aut si redire  
noluerint, quā̄cūq; vel parētes eorū vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in eius patrociniō vi-  
si sunt cōquisisse insisterēte pontifice in ditionē propriā reducātur ecclesie.

**XV** ¶ Ecclesie liberti eorūq; p̄genies eidē basilicā, de q̄ libertatis gratiā meruerūt ob- **B**  
sequia prompta, synceraq; parabūt, quia sicut in hoc obsequio p̄ posibilitate sui q̄d vtilis  
ingenui dabūt, ita q̄q; in emēdatione culpa q̄d inutiles ingenui sustinebūt.

**XVI** Libertis ecclesie eorūq; ppagini ex oibus q̄ de iure ecclesie noscunt habere, nihil **C**  
licebit in extraneū dñm transactione q̄cunq; deducere, sed si ex his q̄libet vendere fortasse  
voluerint, sacerdoti eiusdē ecclesie afferāt conueniēter emēda, earūq; p̄cia vt eis placuerit  
aut dispēscent, aut habeāt. Nam & in dominiū partis alterius rei successum nullomodo trā-  
sire permittimus. Suis ergo filijs vel propinquis eiusdē ecclesie vel seruitio vel patrociniō  
subiugatis quā̄cūq; vēdere vel donare voluerint aditus omnino patebit.

**XVII** ¶ Baprizati iudāi q̄cūq; loco certo tpe conuerfentur, festis tñ̄ p̄cipuis noui testa- **D**  
mēti serie cōsecratis, ac diebus illis q̄s olim sanctiōe v̄teris legis sibi met cēlebāt eē solēnes,  
in ciuitatibus publicisq; cōuētibus cū summis sacerdotibus celebrare p̄cipimus, vt eorum  
conuersationē & fidē & pontifex approbet & veritas seruet. Huius vero temerator & dicti  
prout eps p̄miserit, aut flagris aut abstinētiā subiacebit. Expletis omnibus q̄ ad honestatis  
regulā in collationē venerint fraternā grates exoluimus imortali dño soli cuius dispositōe  
mirabili ad hūc sanctā cōgregatōis cetū meruimus adunari, vt cōis visio p̄speritatē osten-  
deret, & pari iunctiōe cōcordiā assignaret. Obscraētes eius misericordiā largā, vt serenif-  
simo dño & amabili Ch̄so Reccesuntho principi glorioso ita p̄ntis vitā felicitatē ipēdar,  
vt angelicā beatitudinis gloriā post longēua tpa cōcedat, atq; ita nos eiusdē felicitatis læ-  
tos efficiat, vt in terra viuētium remunerādos attollat. Antiquitatis dehinc ordinē saluber-  
rime retinētes postq̄ rationē festi paschalis fraternitas v̄sa cognouit, nouerit se anno vētu-  
ro die Calēday Nouēbriū causa peragēdi cōciliij in hac vrbe fauēte dño cōgregari, vt simi-  
li disceptatu, aut q̄ prospexerimus cōgrua decernam⁹, aut solius pacis cōuētū letemur. Cō-  
summatū est hoc sanctum concilium, die octaua Calēday Nouēbriū, anno feliciter septi-  
mo regni serenissimi, atq; clemētissimi dñi nostri Reccesunthi regis, Era. DC. LXVII.

**Incipiunt capitula concilii Toletani decimi.**

- |   |    |  |   |
|---|----|--|---|
| ¶ De celebritate annūciatōis dñicæ.   | 1. | monialium.   | 4 |
| ¶ De his qui aduersus principem coniurau-<br>erunt,   | 2  | ¶ De sanctimonialibus sceminis quæ propo-<br>situm abiecerunt.   | 5 |
| ¶ De ep̄is q̄ monasterijs vel ecclesijs confan-<br>guineos suos, vel sibi fauētes p̄ficiūt. | 3  | ¶ De his qui in parua ætate corā parētibus re-<br>ligiōis habitū tenuerint, v̄ vsq; ad q̄tū an-<br>nū liceat parētib⁹ filios tradere religiōi. | 6 |

**Incipit concilium Toletanum decimum. era. d. c.**

LXVIII. Anno octauo Reccesunthi regis.



Ratulationē nobis spiritualē contulit diuina gratia, q̄n̄ tribuit inter nos & **E**  
salutaris disciplina frequētiā cōuenire ad pacificorū studia p̄optata. Cōgre-  
gatis ergo nobis & in concordia animi, & in cōuētum loci referētes gratias  
inuisibili deo, & glorioso rerum domino Reccesuntho regi cuius sanctissi-  
mo voto retenta paternitatis sanctæ traditōe ad sacrum quiuimus adunari  
conuentum, has subter annexas regulas concordie definitione prolatas eter-  
na statuimus manere lege p̄fixas.

**I.** ¶ De celebritate festiuitatis diuinę m̄̄is, cū nihil fidei synceritas p̄ diuersitatē aduer- **F**  
sum incurrat, & vnitate catholice regulę varietas nulla decerpatur, est tñ̄ q̄d nisi t̄pm vnitate  
seruet, & dissidiū̄ idicisse vnitatis pturiat & sacramētorū vnitate cōstare nō valeat. Hic est  
em̄ q̄d paschale festū̄ vno die celebremus & tpe, ne i iudaicū̄ decidamus errorē. Hic aduētū̄  
sc̄ti sp̄s post resurrectionē dñi nisi expectem⁹ tpe definito dieꝝ nūero nō possumus imple-  
re eiusdē spiritus dono, qm̄ si caret plenitudine nūeri, carere pōt & misterij sacramēto, hic

**Y** 4 natui-

## Concilium Toletanum octauum.

natiuitatis dñicæ sacrum quo euidēter de vtero virginali verbum prodijt caro factū absq; dñi  
bio seruat, & t̄pis cursum, & rep̄tat speciale diei monumentū. Si ergo natiuitatis & mortis hu  
ius incarnati verbi dies absq; immutatōe ita certus habet, vt absq; diuersitate in toto orbe ter  
raz ab om̄i cōcordi Ecclesia celebret, cur nō festiuitas gloriosę m̄ris eius eadē obseruātia vno  
simul vbiq; die, simulq; habeat honore? Inuenit etem̄ in multis Hispaniæ partibus huius san  
ctæ virginis festū in vno die, p̄ oēs annos circulos agi. Quo em̄ trāsdūcit homines diuersitas  
tēporū dū varietatē celebritatis non h̄re p̄bant; Quia de re qm̄ die qua inuenit angelus virginī  
verbi conceptū, & nuntiasse verbis, & indidisse miraculis, eadē die festiuitas non p̄t celebra  
ri condigne, quod interdū quadragesima vel paschale festū videat incumbere, in qbus nihil  
de sanctoꝝ solēnitatibus sicut ex antiq̄tate regulari cautum est conuenit celebrari, cum scdm̄  
ipsam incarnationem verbi non conueniat, tunc celebritatibus prædicari, quando constat in  
idip̄m post mortē carnis gl̄ia resurrectionis atrolli, ideo speciali constitutōe sancit, vt ante octa  
uum diem quo natus est dñs genitricis quoq; eius dies habeat celeberrimus & præclarus, ex  
pari em̄ honore constat, vt sicut natiuitatē filij sequētium dieꝝ insequit dignitas, ita festiuita  
tem matris tot dieꝝ sequat̄ sacra solemnitas. Nam quid festū matris est nisi incarnatio verbi?  
Cuius festum ita debet esse solēne sicut est, & eiusdē natiuitatis verbi. Quod tamē nec sine ex  
emplo decētis moris, q per diuersas mundi partes dinoscit obseruari, videt institui. In multis  
itaq; Ecclesijs à nobis & spatio remotis, & terris h̄c mos agnosci retineri, proinde vt de cæ  
tero qcq; est dubium sit remotū, solēnitas dominicæ matris die decimoquinto Calēdaz̄ Ia  
nuariæ omnimodo celebret, & natiuitas filij eius saluatoris nostri die octauo Calendaz̄ ea  
rundem sicut mos est solēnis in omnibus habeatur.

**A II** ¶ Frequētium molestiaz̄ nocēs impulsus contēni quidē magnitudine decētis poterit  
grauitatis, sed q̄a honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequētata visitatio vitare non  
curat, ideo & cū quorundam paternoz̄ sanctoibus decretoz̄ & institōibus sit legalibus cautū  
ne contra salutē principū, gētisq; aut pp̄riæ p̄riæ quisq; meditari conet̄ aduersum. Hoc vnum  
specialr̄ nunc depromit obseruandū, vt si q̄s religioꝝ ab Ep̄o vsq; ad extremū ordinis cleri  
coꝝ siue monachoꝝ gñalia iuramēta in salutē regiam gētisq; aut p̄riæ data reperiat violasse  
voluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeat exclusus eo  
miseratōis obtentu tm̄modo reseruato, vt an locum, an honorē, an vtraq; possideat conce  
dendi ius licētiamq; principalis potestas obtineat.

**B III** ¶ Reuerētia totius auditu p̄cipiat, quia res dura nō frustra cogit̄ hac duriori extirpari  
celsura. Agnouimus em̄ quosdā pontifices præcepti principis Apostoloꝝ, q̄a ait: Pascite q̄ in  
vobis ē gregē non coactē, sed spontaneē, neq; dominantes in clero, sed forma facta gregis, ita  
esse immemores, vt q̄busdā monasterijs, parochialibusq; Ecclesijs, aut suæ consanguinitatis  
psonas, aut fauoris participes iniquū s̄pe statuūt prælatū, ita illis p̄uidētes cōmoda inhone  
sta, vt aut eis deferant quæ pp̄rio ep̄o dare iustus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputa  
ti exactoris violētia poterit. Proinde decēter oibus placet in p̄nti tale rescindere factū, & non  
eē de cætero faciendū, nam q̄sq; pontificū deinceps, aut sanguine pp̄inquis, aut fauore p̄sonis  
quibuscūq; deuocētis, talia cōmendare lucra tētauerit & suū nephandæ p̄sumptōis excidiū, &  
qd' iussum fuerit deuocēt in irritū, & q̄ ordinavit annue excōicationi subiaceat, quæ verō abla  
ta fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddant̄ in duplum.

**C IIII** ¶ Bene p̄ sp̄m̄ dñi possumus cum sancto Apostolo dicere, non ignorare vos astutiam sa  
tanæ, q̄a impellimur zelo domus dei, & ardore cremari, videmus em̄ ad tanta fraudum studia  
conualescentē excreuisse p̄niciē, vt & primęua p̄m̄ constitutio à q̄busdā æstimet̄ illudī, & no  
ua iudicū putei intētio pelli. Nam inueniunt̄ nonnullæ viduæ diuersis excusatiōibus se adeo  
cōtegētes, vt blandiant̄ sibi se non p̄m̄ plena religionis alligatas institutōe teneri, vñ antiq̄s  
incōcussæ p̄manētibus regulis hoc ad̄icit nouæ oraculo sanctōis, vt vidua quæ sanctæ religio  
nis obtinere propositū voluerit sacerdoti & ministro ad quē aut ipsa venerit, aut quē ad se ve  
nire contigerit scriptis professionē faciat à se aut signo, aut subscriptōe notatā, continētē se, &  
religionis p̄positū velle hoc phēniter inuiolate seruare. Tunc accepta à sacerdote vñ mini  
stro apta religiois huius veste seu lectulo quiescēs, siue quocūq; in loco consistēs incunctatē  
ea vtrā, nec diuersi coloris aut diuersæ partis eadē sit notabilis vestis, sed religiosa & nō suspe  
cta, quæ careat varietatibus colorū, & diuersitatibus specieꝝ, adeo vt absq; vlla suspitōe trans  
gressiois maneat vsui tm̄ apta sanctæ religiois, & sui sexui competēs ad testimoniū p̄bitatis.  
Vt aut̄ deinceps nil deuocēt in dubiū, pallio purpureo, vñ nigri coloris caput contegat ab inī  
tio susceptæ religionis, vt dum illic tulerit signū probabilis sanctitatis, vbi nullius falli poterit  
visio intuentis, nunq̄ attentet astus detestandæ p̄sumptionis.

**D V** ¶ Oēs fœminæ quæ iam in p̄teritū religiois veste p̄bant̄ indutæ fuisse, nihil excusatiōis,  
valeat

valeat in oppositionē quilibet obiectio, quibus diuersis ac callidis adumbrare se velint fallacia argumētis, sed ad sacratissimā sanctionē disciplina sanctiores teneat religatas atque subnexas. Comoneantur sanefacerdotis autoritate, ut redeant sponte, quod si redire noluerint impulsu sacerdotis, ad religionis cultū reducātur, & in monasterijs redacti excoicationis condigne sniaferiantur, hic idē quod ordo in illarū condēnatione manebit, quod quilibet à sacerdote sanctimoniarū vestē nō accepissent, ipse tamen aut indutē sunt, aut in illo diu habitu cōsenserūt, qui religionis eē cultus ab intuetibus crederet, si corā ecclesia vel sacerdote aut etiā cōpetentibus testibus quoniam indutē certis indicijs, aut testimonijs approbant, oēs tamen seu venientes ad primā religionē seu post transgressum resumētes iteratā conuersionē sicut pmissum est, & pallio capita cōtegāt & conscriptā roboratāque professionis faciāt scripturam, quam vltius non sinantur relabi ad prauaricationis audaciā. Quae vero ex omnibus his fuerint repertae animū aut vestē in transgressione dedisse, excommunicationis sententiam ferant, & rursum mutato habitu in monasterijs donec diē vltimum claudant sub crumnis arduae poenitentiae maneant religatae.

VI. ¶ De his qui in parua aetate corā parētibus religionis habitum tenuerūt, qui vsque huc A dissolutē operatōis effectus interdū mutare fecit honestū cōstitutōis aedictū, dū incōdite resoluī putat, quod indissolubile sanctiōis autoritate tenet. Ideo quicquid obuiū ex incerto occurrit euidenter abijci debet, vt de cetero nihil supsit quod in dubiū nutet, ideoque si in qualibet minori aetate vel religionis tonsurā vel religioni debitam vestē in vtroque sexu filijs, aut vnus aut ambo parētes dederūt, certe aut nolētibus vel nesciētibus se susceptā, nō mox visam in filijs abdicauerint, sed vel corā se vel corā ecclesia, palaque in cōuētū eosdē filios talia habere pmisserint, ad secularē reuerti habitū ipsis filijs quoniam penitus nō licebit, sed cōuicti quod tonsurā aut religiosam vestē aliquā habuerint, mox ad religionis cultū habitūque reuocētur, & sub strenua districtōe huiusmodi obseruatiōe inseruire cogātur. Parētibus sane filios suos religioni cōtradere nō amplius quā vsque ad decimū aetatis eorū annū licētia poterit eē, postea vero an cū voluntate parētū, an suae deuotiōis sit solitariū votū erit filijs licitū religionis assumere cultū. Quisquis autem vel abolitōe tonsurae vel secularis vestis assumptōe detectus fuerit attigisse transgressiōne, & excoicationis cēsura accipiat, & religioni semp̄ inhereat. Opitulante miseratiōe diuina & gloriosiss. Recessitūthi p̄cipis inherēte voluntate religiosa his testib⁹ decētissimae allegatis i pace cōnexis, ex totis p̄cordiorū visceribus damus gloriae & honorē soli aeterno & immortalī deo p̄ri & filio & sp̄i sctō, cuius dono collatū nobis agnoscimus, p̄ eius eccl̄iae statu, & regere curā & posse sacri regiminis cōpetētia disponere iura, à quod petim⁹ & optam⁹ vt porrectā i longitūdie felicitiū dieꝝ sacratiss. p̄cipis vitā, & oī gloriarū decore p̄petim⁹ faci at pollere salute. Nobis quod attributū susceptū eccl̄iae suae regnū, cū equitate disponere ac sollicitudine gubernare & i pace tenere, vt post huius mūdi suscepta picula puenire possimus ad celestia regna. Amē. Eugenius indignus Toletanę sedis metropolitanus ep̄us hęc nraꝝ definitionū statuta subscripsit. Similiter & alij ep̄i subscripserūt nūero sexdecim.

Decretum pro Potamio episcopo.

Assumere Poteramus canonicam in tantum fraternae leticię tybiam, quia diuina B pietas conuētum nostrae ad cōcordiē cōuocauerat studia, & cōuenerat in cōstitū vitare, quoniā visitatōe disciplinę videbatur p̄nas regulas innouasse, sed grauius sistrum pro cymbalo sumimus, & funus pro carmine decantamus, gemētēscque cum Hieremię fletibus dicimus, dissolutum ē gaudiū cordis nostri, versus ē in lucū chorus noster. Vñ & vā corā nobis cōspicimus, quoniam cecidisse coronā capitis nostri videm⁹, dū tam nobile in infirmū corruit, quod tā in sublimē sanctitatis optimū stetit. Ecce etiā tractatibus nobis i pace de eccl̄asticis regulis delatū ē cōuēni nro ep̄istoliū cōfuse cōfessionis & abolēde subscriptōis, quod Potamius Braccarēsis eccl̄iae Ep̄us de factis p̄p̄rijs suis annotarat articulis. Quo referato quid obliterāda pagina, & abolēda l̄ratū paderēt elemēta, fletibus potius quā sermonibus lachrymosa cōtio recēsuit. Tūc solitarię tm̄ secretimque adunatis pōtificibus dei, p̄dictū ep̄m ad eē coram nobis fecimus, quē singultibus aggrediētes amplius quā loq̄lis, referatā illi suae deformitatis, & nra cōfusiōnis scripturā ptulimus, quā accipiēs ac recurrens sciscitātibus nobis, vtrū sui opis, & suae annotatōis intimatio eēt, ille suū actum suiꝝ oris eloquiū, suorū digitorū eē robur asseruit, quod illic relegendo p̄uidit. Rursum diuini nois cōtestatione hūc adiurātes obtestati sumus, vt an de se spē mēdaciū diceret, aut alius cuius violētia p̄meret & p̄teritus talia enarraret, veraciter indicaret, qui mox flebili voce luminibusque ploratu madētibus, & fragore singultuū cū vnus dei nois iuramēto clamauit se & vera eadē mala de se cōfiteri, & ad hęc cōfiteāda nulla se violētia p̄grauari, vñ etiā fermē p̄ nouē mēses spē de seruisse regimē eccl̄esię suae, & argastulo quodā p̄ admisso flagitio acturus p̄e

## Concilium Toletanum decimum

rus poeniam se cōcluisse pdixit. Tunc p fidelē confessionē est agnitio, qd tactu femineo for-  
duisset deflorata. Licet hunc pna antiqitas sacris regulis deijcere ab honore decernat, nos tū  
miseratōis iura seruantes nō abstulimus nomē honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione  
iam abstulerat, sed valida authoritate decreuimus ppetua poenā hunc in seruire officijs & arū  
nis, puidētes melius illum p asperā ire poenā solitudinē, vt qnq; pueniret ad refrigerij man-  
sione quā relictu in voluntatis suā latitudine ad spiciuū deiq; æterna damnatōe. Tunc ve-  
nerabilē fructuosum Ecclesiæ Dunilēsis Ep̄m communi oim nostrū electōe cōstituimus Ec-  
clesiæ Braccarēsis gubernacula cōtinere, ita vt oēm metropolim puincia Galliciæ cūctosq;  
Ep̄os populosq; conuētus ipsius oimq; curā aīaz Braccarēsis Ecclesiæ sic gubernandā susci-  
piēs, ita cōponat atq; cōseruet, vt & dām nrm de rectitudine opis sui glorificet & nobis de in-  
columitate Ecclesiæ eius gaudiū præstet. Quia vero ad futura pspicere conuenit, ne exoriat  
in statu pacis quæ dā cōmotio litis p̄m sniam quæ iam dictū Potamiū ep̄m rectitudine dānat  
huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

¶ Ex Concilio Valentino titulo .III.

**N**EC illud fr̄s scribere alienū ob Ecclesiæ vtilitatē cēsumus, vt sciretis qcunq; sub  
ordinatōe, vel diaconatus, vel presbyterij, v' ep̄atus mortali crimine dixerint se eē  
pollutos à supradictis ordinib' submouēdos, reos. s. v' veri cōfessione, v' mēdacio  
falsitatis. Neq; em̄ absolui p̄t in his, si in seip̄os dixerint, quod dictū in alios puniret,  
quoniam oīs q sibi fuerit mortis causa maior homicida sit. Multa qdē & aliā sniā huic pote-  
rant innecti decreto quæ prædictū Potamiū ep̄m seuerissima austeritate abijcere iubēt, sed ex  
oibus hāc cōscriptā ponere sniam maluimus, ne si totius dānatōis ædicta replica semus graui  
simæ vltōis authores existere vidēremur. Factū decretū sub die Calēdag; Decēbris, anno feli-  
citer octauo Regni gloriosissimi dñi Reccefunthi regis. Eugenius indignus Toletanæ sedis me-  
tropolitanus ep̄s, hoc iudicij nri decretū subscripsi. Sicut & alij ep̄i subscripserūt numero. XVII.

¶ Decretum Testamentorium.

**V**idimus tractatibus inuenire quod iustum est, & experiētia esse iudicantiū compro-  
batū, & iuxta summi iudicij statuta plenior inuenit authoritas. Ideo mētis intētio-  
nē morisq; simul studia deducētes in cognitionē audiēdi negotij delatū est ad nos  
conuentū sancti Concilij ex directo gloriosi dñi nostri Reccefunthi regis p illustrē  
viz; Vuambanē testamētum gloriosæ memoriæ sancti Martini Ecclesiæ Braccarēsis ep̄i, q &  
Dunilēse monasteriū visus est construxisse, vt referato eo qd hic memoratus beatissimus vir  
decreuisset nre cognitioni patefceret, quo testamēto in oim conuētū relecto comperimus ex  
ordine à memorato p̄cipe ad nos eē directū, qm̄ ideo gloriosæ memoriæ sanctus vir ita de-  
creuerat, vt succedētibus p ordinē regibus ad complemētū eius ipsius constitutio cōmendata  
maneret. Tūc deinde allatū est nobis testamētū Ricuniri memoratæ Ecclesiæ Dunilēsis ep̄i,  
qd' de rebus suis in eadē Ecclesia decreuerat examinatōe veridica dirimēdum. Quo relecto co-  
gnouimus eundē authorē suū illi diuersē cōstitutōis ædidisse cōditōes, inter quas vnā validā  
conatus est relegationē cōstringere, deputas & illatōes tributōz, & p̄cia frugū absq; aliqua di-  
minutōe annua vice paupibus erogare, nihilq; eē absq; deliberatōe relictu, quo vsibus Ecclesiæ  
posset quadā liberalitate seruire. Tūc ex voce ptis Dunilēsis Ecclesiæ astructū est quod vniuer-  
sas spēs gn̄is, & corporis rez; quæ in eiusdē Ecclesiæ domo intrinsecus ad vsus domesticos ex  
tēpore suæ ordinatōis idē Ep̄us Ricimirus inuenit, & quæ ipse aut de ope vtriusq; sexus arti-  
ficum familiæ; Ecclesiæ potuit habere confecta atq; illata, aut quæ sua professione habuisse vi-  
sus est conquesta omnia moriēs iussisset pauperibus erogare. Quædam vero ita vili precio vē-  
dere ordinasse, vt negotiatio hāz rez; p̄ditio potius q̄ mercatio cēferet. Aedidisse quoq; quof-  
dam liberos ex eiusdē Ecclesiæ familijs qbus etiam cum alijs ad se ptinentibus oibus amplius  
quā q̄ quaginta reperit vtriusq; sexus dedisse mancipia, qbus damnis ita cognitis, q̄ & cun-  
cta remedia intrinsecus domus tam indiscretē largita fuerant, ne qd ad itēgritatē Ecclesiæ reli-  
quū supesset, cū nulla imminēs causa paupē; necessitatis existeret, quæ hoc tam integre & p-  
fectē examissim erogare deposceret, atq; pro libertis illis nihil secundū canonicam sanctionē  
datum in commutationē patefceret, sed nec pro mancipijs & reliquis rebus eisdē libertis col-  
latis aliqd in repensationē Ecclesiæ relictu notesceret, rez; & suam rem ita in noie paupe-  
rum relegasset, ne aliqd remedij ex hoc Ecclesiasticus vsus attingeret, ducti sumus tam rōnis  
intuitu q̄ paternaz; sanctionū dicto, ipsius testamēti seriē, & si non vsq; quaq; in irritū deuoca-  
re, in quodā tamē rōnabili authoritate temperamēto deducere. s. quia tantoz; dispendiorum  
damnis à memorato Ricimiro ep̄o factis, rez; Ecclesiastica dinoscit subiaccere, omnis res eius  
quam indelegatam reliq; paupē; nomini tamdiū Dunilēsi Ecclesiæ plena deseruiat facultate  
donec omne hoc damnū qd in Vtēsilibus domus sustinuit, valeat euidentius reparari. At tūc cō-  
pleta

# Capitula concilij Toletani undecimi. Fo. CXXX.

pleta restitutōe damni obseruet sicut decreta est series testamēti, liberti vero q̄ ex familijs ecclesię facti sunt & seu res & vniuersa q̄ in m̄cipijs alijsq; corporibus, vel illis, vel suis hominib; collata eē dinoscunt, cūcta in discretōe venerabilis fr̄is n̄ri fructuosi ep̄i disponēda relinquimus, vt quia hęc euidēs ordo pat̄e in irritū deuocat, illius tēperamentum hęc ad miserationē adducat, q̄liter nec regulā paternā modus excedat & miserationem seueritas extinguat, vt secundū merita seruentiū & libertatis p̄mia & rez, vel subtrahat donaria, vel cōcedat. Editū sub die Calendas Decēbris anno feliciter septimo regni gloriosissimi d̄ni nostri Reccesvnti regis, Eugenius indigus Toletanę sedis metropolitanus ep̄s hoc iudicij nostri decretū subscripsi. Similiter & alij ep̄i subscripserunt numero decem.

## Incipiunt capitula concilij Toletani undecimi.

- |  |    |  |    |
|--|----|--|----|
| ¶ Ne tumultu conciliū agitur.  | 1. | ¶ p̄ pecuniā ordinatus fuisse detegit.   | 9  |
| ¶ Non debere metropolitanū à confinitimorum instructione cessare.  | 2  | ¶ Vt omnes pontifices rectoresq; ecclesię tpe q̄ ordinādi sunt sub cautōe p̄mittant q̄d iustissime viuere debeāt.  | 10 |
| ¶ Vt in vna prouincia diuersitas officiorum non teneatur.  | 3  | ¶ De elucidatōe antiqui canonis q̄ p̄cipit, vt si quis acceptā à sacerdote Eucharistiā nō sumperit velut sacrilegus p̄pellat.  | 11 |
| ¶ De discordia sacerdotum.   | 4  | ¶ Ne in confinio mortis p̄cinitēs à recōciliatione diuina suspēdat, & vt oblatio eius p̄cinitētis qui nec tñ reconciliatus de hac vita exierit ab ecclesia receptetur. | 12 |
| ¶ De cōpescēdis excessibus sacerdotū.  | 5  | ¶ De sacerdotibus q̄ vexati cadere vident.   | 13 |
| ¶ Nō debere sacerdotes q̄libet in ecclesia familijs truncatōes mēbroz facere, nec aliquid q̄d morte plectēdū ē iudicare. | 6  | ¶ Vt qui d̄no canūt atq; sacrificāt post se sp̄ habeant aditoria constituta.   | 14 |
| ¶ Quę debeat discretio ecclesiarum esse rectoribus, ne per inconditam disciplinam subeant homicidij notam.               | 7  | ¶ De iſtitutōe certi t̄pis q̄ cōciliū agat.  | 15 |
| ¶ Ne quicq; premij pro diuinis sacramentis accipiatur.   | 8  | ¶ De relatione gratiarum pro consummatione concilij  | 16 |
| ¶ Quid custodiri debeat si p̄ p̄miū quis ep̄s fiat, vt q̄ sn̄ia feriat qui ad honorē acceptū                             |    |  |    |

## Incipit conciliū Toletanū undecimum habitum

Era DCC. XIII. Anno. XIII. Vuamebani regis VI. Idus Nouēbris



N nomine sanctę trinitatis collectis in vnū Carthaginēsiū prouincię sacerdotibus in Toletana vrbe in beatę matris d̄ni Marię virginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Vuamebani principis sub die septimo Idus Nouēbris res votiuā gaudij, & dies nimij optatę gratulatōis occurrit, in q̄ nobis datū est consp̄icere pariter & deslere q̄ lachrymaz de p̄teritis d̄no debeamus, eramus em̄ huc vsq; pro labētis seculi colluione instabiles, quia anno faeries tēporz subtracta luce cōcilioz nō tam vitia auferebat q̄ matre omniū erroz ignorantia oculos mētibus ingerebat. Hactenus em̄ florentē d̄ni vineā deuaſtauerunt apri frendētes, sp̄sām Ch̄fi

quā sui p̄ciosisissimi sanguinis effusione cōciliauit cōsp̄icare & polluere conata ē hærētiorum subdola machinatio, & inconsultilē d̄ni vestē diuidere, vnitatē fidei scindere, charitatis tollere fomētā, cū suo proprio p̄tinaciter sensui volēs inherere sacre scripturę puritatem suę prauitatis intelligētia prophanat. Præterea sacrosanctam ecclesiā dei vulnerāt etiam custodes eius qui cū deberēt ob dignitatis excellētiā cæteros p̄ suę virtutis imitationē puocare ad charitatis & vnitatis obseruantia, tanq̄ sal infatuatū potius scādali q̄ edificatōis dāt materiā. Hinc cernētibus quō Babilonicę cōfusiōis olla succēsa, nūc tēpora auerteret concilioz, nunc sacerdotes d̄ni de resolutis moribus irretiret, purpuratę em̄ meretricis seq̄bantur incitamēta, quia ecclesiastici conuētus nō aderat disciplina, nec erat qui errātū corrigeret partes, cū sermo diuinus haberet exofus. Et quia nō erat adunandoz pontificū vlla p̄ceptio, crescebat immanis vita deteriorz, cū tandē nos diuina clemētia opis manuum suaz p̄ditōi condolēs, praua idirectā reducēs, suū sanctū Sabaoth nouis propagini bus ac plantis nouellis secundare volēs, negligētiz surrogans diligētia, pro ignorantia disciplinā imittens, pro secordia solertiā, pro schismate vnitatē inducēs, pro zizania vere patris vinculū largiēs, pro caducis cęlestū desideria infundēs, p̄ turpibus honesta sectari stimulas, à terrenis & ifimis ad sublimia erigēs, nos ī hac lachrymaz valle poti; moriētēs q̄ viuētēs, ī hoc vasto p̄culo; mari vagātes sine remige, sine clauo huc illucq; tēpestatū fluctib; p̄ abrupta